

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tvllii Ciceronis Opera Omnia

Cicero, Marcus Tullius

Basileæ, MDCLXXXII

Liber duodecimus

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1133)

M. TULLII CICERONIS
EPISTOLARVM
LIBER DUODECIMUS,
AD
ATTICUM.

CICERO ATTICO, S.



NONIMO die postquam a te discesseram, hoc litterularum exaravi, egrediens e villa ante lucem: atque eo die cogitabam in Anagnino, postero autem in Tusculano, ibi unum diem. v. Kalend. igitur ad constitutum: atque utinam continuo ad complexum meæ Tullie, ad osculum Atticæ possim currere. quod quidem ipsum scribere quæso ad me; ut, dum consisto in Tusculano, sciam, quid garrat: sin rusticatur, quid scribat ad te: eique interea aut scribes salutem, aut nuntiabis, itemque Filiz: & tamen, etsi continuo congressuri sumus, scribes ad me, si quid habebis. Cum complicarem hanc epistolam, nostruabundus ad me venit cum epistola tua tabellarius: qua lecta, de Atticæ febricula a scilicet valde dolui. reliqua, quæ expectabam, ex tuis litteris cognovi omnia. sed quod scribis, & igniculum maturinum; *χερονικώτερον* est memoriosa vacillare. ego enim iv. Kal. Axio dederam, tibi *xi*. Quinto quo die venissem, *iv* est *ii*. Kal. hoc igitur habebis, novi nihil. quid ergo opus erat epistola? quid, cum coram sumus, & garrimus quidquid in buccam? est profecto quiddam λέγειν: quæ habet etiam si nihil subest, colloquutione ipsa suavitatem.

CICERO ATTICO, S.

Hic rumores tamen Murcum periisse naufragio, A. Hlinium delatum vivum in manus militum, & L. naveis delatas in Uricam restatu hoc, Pompejum non comparere, nec in Balcatribus omnino fuisse, ut Patietus affirmat, sed auctor nullius rei quisquam. Habes, quæ

dum tu abes, locuti sunt. Ludi interea Præneste. ibi Hirtius, & isti omnes. & quidem ludi dies octo. quæ cenæ? quæ delicia? res interea fortasse transacta est. o miros homines! at Balbus ædificat. *τι γὰρ αὐτῶν μίλι?* verum si quæris, homini non recta, sed voluptaria quærenti nonne *το βεβίαται?* Tu interea dormis. jam explicandum est *πρόβλημα*, si quid acturus es. si quæris quid putem, *ii* ego fructum puto sed quid multa? Jam te videbo; & quidem, ut spero, de via recta ad me. simul enim & diem Tyranioni constituemus, & si quid aliud:

CICERO ATTICO, S.

NUM te puto minus blandum esse, quàm me, *ii* & si uterque nostrum est aliquando adversus aliquem, inter nos certe numquam sumus, audi igitur me hoc *ii* *ἀγρητέως* dicentem. ne vivam mi Attice, si mihi non modò Tusculanum, ubi ceteroqui sum libenter, sed *μεγαλῶρον* *ἡσπῆς* tanti sunt, ut sine te sim toros dies. quare obduretur hoc triduum; ut te quoque ponam in eodem *πάθῃ*: quod ita est profecto. sed velim scire, hodiene statim de auctione, *ii* equo dieve venias. ego me interea cum libellis. ac molestè serò Vennonii me historiam non habero. sed tamen, ne nihil de re, nomen illud, quod à Cæsare, treis habet conditiones, aut emtionem ab hasta: (perdere malo: etsi, præter ipsam *επιρριδινην*, hoc ipsum puto esse perdere) aut delegationem à mancipe, annua die; (quis erit, cui credam? aut quando ipse Meionis annus veniet?) aut, Vecteni conditione, semissem. *οὐκ ἔστι* igitur. ac vereor, ne iste jam auctiorem nullam faciat, sed, ludis factis, *ii* *κλύπῃ* subsidio currat, ne talis vir *ἀλογηθῆ*, sed *μυήσῃ*.

CI

1. *Uia garrat: sin rusticatur.* Hanc Germanorum lectionem meliorem sincerioremque iudicavit Vici: antea legebatur, *quid garrat in rusticatur.*
2. *Sellat.* Vulg. *videlicet.*
3. *Igniculum maturinum, χερωνικώτερον.* Sanilius. Lamb. legit *igniculum maturinum χερωνικῶν χερωνικώτερον.*
4. *Id est ii. Kal.* Optimus hic conjector fuit Manut. auctore Bosio ex Dec.
5. *Quiddam λέγειν.* Vulgo *quedam λέγειν.*
6. *Hic rumores tamen.* Epistolæ initium fecit Man. eique fide Dec. A. Hlinius Bos. eam antea, qualis pars esset antecedentis epistolæ, continuata orationi legeretur. Ceterum Faern. pro vulgata lectione, *Hic rumor est* *ii* *delatum periisse naufragio*, legebat, *Hic rumor est tamen delatum periisse naufragio*, quod Ver. rectum videtur; huius enim Statii Murci prænotatio, non, *delatum*, *Lucius*, sunt qui videatur in familia Statii.
7. *L. naveis delatas in Uricam.* Ita Vici: ex antiquis codicibus; antea *de Uricam*.
8. *Τι γὰρ αὐτῶν μίλι?* Quid enim illi curæ est? Hoc quoque Vi-

cor. restituit, antea legebatur, *Τι γὰρ αὐτῶν μίλι.*
9. *Si quæris, homini non recta.* An vulgaris ante vocem, *homini*, legitur, *hominum.*
10. *Βεβίαται.* Vita felicitas acta est.
11. *Μεγαλῶρον πύλι.* Vici. hic locus suspectus est, nectam enim depravatam asserit, quem ita referant omnes mss. codices. Verus liber Magnulph. *μεγαλῶρον*, sed tamen Man. placet, *μεγαλῶρον* est in Bess. lib.
12. *Et. f.* Vulg. *cur. f.*
13. *Ἀγρητέως.* Sincerè sine præligiis & furo.
14. *Ἐγὼ dies venias.* Pro, *et* *quod die*, quod antea legebatur, Manut. fortasse rectius ait, *quis die*, quod Iunio probatur ex mss. Pal.
15. *Κλύπῃ* *subsidio currat.* Plausui. Castigavit Bosius ex præscripto Dec. *κλύπῃ* *subsidio currat.* Codex Torn. Lambino referente habet, *Εὐρηπάλι* *Καὶ* *Καὶ* *υψῆς*, unde quidam legi volunt *Crisp.* Nonnulli, *Di-dio*, malunt, *Iunius* *elaps* vel *elaps* legendum autumat: vulg. *Clipp.*
16. *Αλογηθῆ.* Negligatus, sed curæ est.

CICERO ATTICO, S.

GRATA tuas mihi, jucundasque litteras / quid quæ- ris? restitutus est mihi dies festus; angebar enim, quod Tiro...

CICERO ATTICO, S.

QUINTUS pater quartum, vel potius milleimum ni- hil sapit, qui lætetur 4 Luperco filio, & Statio, ut cenat duplici dedecore cumulatam domum...

CICERO ATTICO, S.

DE Coelio, vide, quæso, 20 ne qua lacuna sit in auro. Ego ista non novi, sed serps in collubo est detrimen- ti satis, huc aurum si accedit; sed quid loquor? tu vide- bis...

O o o 3 magis

1. si a serps ejus dicitur. Vulgati libri, si a sententia ejus dicitur: quæ le- gio non placet, repugnante Dec. in quo est a serps ejus dicitur, placet scriptum. 2. Velutis velim gravitatem. Nudè tenuit. Ita legendum cen- suerunt Vici Lamb. & Bos. non ut vulgò, ψυδδως, quod tamen mss. Pal. nonnisi serps retinetur lan. 3. Alibi. Variant prisca exemplaria in hoc nomine, nam partim libi scriptum legas, Alodio, partim, Alodio, ut vulg. codices. Bos. Alodio, edidit, eo quod exaratum frequentius reperit, sed ita legendum esse ratione probat gan. 4. Luperco filio, & Statio. Prostat, quod antea legebatur, casti- gavit Vici & Statio, quod etiam Germani animadvertent. 5. Quod autem in hanc rem legem dicitur? Mandatum, munus. Scite Torn. & Lamb. referentur Bos. hæc verba sic distinxerunt; quibus addi- pulset lan. ex mss. Pal. locum corruptum facebatur Vici. sed cum ei mediet non possit cum veteribus mss. legebat, quod autem est hanc rem. 6. Fac non ad di. Vicius xepny sed ad xepny, quæ non veni. Avium vel sticulisum fontem; sed ad Pirene siue fontem uberri- mus, qualis fuit Pirene Lambin antiquam & receptam lectionem se- quens, quam reperit in cod. Torn. expressam, à Petro Vici & Man. an- tes restitutum, legit, fac non ad di. Vicius sed ad xepny, &c. lan. 7. Sed a m. v. m. Respirationem venerandam Alpei. Ex Dec. vocem illam, sed addidit Bos. Lamb. verò legit, a. m. pro sed. 8. In xepny ut scribis. Auctorem habuit Dec. Bos. in hoc sic e- tendo, in xepny ut scribis haurit. 9. P. v. v. quoniam hæc utique erumpent?

10. Non stultus medi. Man. distinctionem sequitur Bos. collocatè puncto post vocem, medi. 11. Ad Avium scripsi. Scidæ & Cras. Avium, quo modo legitur ep. 31. 12. Pisoni demonstravi. Legendum est, demonstravi, ut est in Dec. non ut vitiose, demonstravi, legit Færn. probante Vici. vel ut vulgò, demonstravi. 13. Pute proximo. Bos. addidit proximo, post verbum, posse quod ita legerit in Dec. Torn. & Cras. invenitque item in Granvellano veteri Pigh. qui ad eadem anno Factorum d. CVII. 14. Tubulus. Hic erratum oracim omnibus libris quos vidit Man. scriptis & impressis, nam pro Tubulus, vel, Tubulus, vel, Tribulus, iugeba- tur, unde conjecit Tubulus. 15. Censorinus & Manlio. Edidit Bos. Censorinus & Manlio, ut in Scid. & Torn. scriptum reperit, & mox iisdem libris auctoribus, M. A. cilio COSI. non ut vulgò, Manlio consulibus quod ultimum etiam damnæ vit Pigh. in Fallis ad annum urbis d. CVII. 16. Conturbat enim me. Protulit lectionem Dec. Bos. ut veram & cer- tam ab omni que macula repurgatam, vulg. conturbat enim. 17. Ad Bruti epitoma Fannianum scripsi. Sic exaratum est in Dec. & Torn. nisi quod in hoc vitiose librarius scripsit, in pro. m. Ceterum præcedentes has voces, Epitome Bruti Fanniana, ut et o. ias & eorum quæ sequuntur glossa sustulit Man. 18. Eip Kalendæ vitandæ fuerunt. Vnum mss. Pal. hic optime alterius epistolæ initium statueret ait lan. 19. Nececastrum. Libri vulgati, Necestrum. vltim excusis, necessestrum. Torn. necessestrum. Cras. nec essestrum. Dec. Nececastrum, unde emenda- vit Bos. Nececastrum, vel si malis Necestrum vulgatum lectionem se- quutus est Lamb. Popma leg. Necestrumque. 20. Nequa. Vulgataque. 21. Antiquorum codicum auxilio casti- gavit Vici. vltim hic fuit, cum legere ceterum hic fuit.

magis liber ipse delectabit, quam tua admiratio delectavit. 1 amo enim πέντε φιλόδημος; teque istam tam te nuem ηρωϊκόν tam valde admiratum esse gaudeo. etsi tua quidem sunt eiusmodi omnia. scire enim vis, quo uno animus alitur. 2 sed, quæso, quid ex ista acuta & gravi reseretur ad τὴν φωνήν? sed longa oratio est, & tu occupatus; in meo quidem fortasse aliquo negotio; & pro isto aslo sole, quo tu abutus es in nostro pratulo, a te nitidum solem, unctumque reperemus. sed ad prima redeo librum, si me amas, mitte tuas est enim profecto, quoniam quidem est missus ad te. 5 Ceterum, tantumne ab re tua est tibi, ut etiam Oratorem legas? in arte virtute; mihi quidem gratum, & erit gratius, si non modo in libris tuis, sed etiam in aliorum per librarios tuos Aristophanem reposueris pro Eupoli. Cæsar autem mihi irridere visus est. QUÆSO illud tuum, & quod erat ἐπιπέλις, & urbanum. ita portò te sine cura esse iussit, ut mihi quidem dubitationem omnem tolleretur. Atticam doleo tam diu: sed quoniam jam hinc horrore est, spero esse, ut volumus.

CICERO ATTICO, S.

7 QUÆ desideras, omnia scripsi in codicillis, eosque Eroti dedi, breviter, sed etiam plura quam quæris; in iis de Cicerone; cuius quidem cogitationis initium tu mihi attulisti. locutus sum cum eo liberalissime: quod ex ipso, velim, si modo tibi erit commodum, sciscitare. sed quid differo? exposui, te ex me detulisse, ecquid vellet, ecquid requireret: velle Hispaniam, requirere liberalitatem. de liberalitate, dixi, 7 quantum Publius, quantum flamen Lentulus filio, de Hispania, duo attuli, primum idem, quod tibi, me vereri recuperationem: non satis esse, si hæc arma reliquissimus? etiam contraria? deinde fore, ut angeretur, cum a fratre familiaritate, & omni gratia vinceretur. 8 velit magis liberalitate uti mea, quam sua libertate: sed tamen permisi. tibi enim intellexeram non nimis displicere. ego enim etiam atque etiam cogitabo, atque, ut idem facias, rogo. magna res, & simplex est manere; illud anceps, verum videbimus. 9 De Balbo, & in codicillis scripseram, & ita cogito, simul ac redierit, sin ille tardius, ego tamen triduum. & quod præterii, Dolabella etiam mecum.

CICERO ATTICO, S.

8 DE Cicerone, multis res placet: comes est idoneus, sed de prima pensione ante videamus. adest enim dies, & ille currit. Scribe, quæso, quid referat Celer egisse Cæsarem cum candidatis, 10 utrum ipse in Fœnicularium, an in Martium campum cogitet. & sanè scire velim, num

quid necesse sit comitiis esse Romæ. nam & Filia satisfaciendum est, & utique Atticæ.

CICERO ATTICO, S.

NÆ, ego essem hic libenter, atque id quotidie magis, nisi esset ea causa, quam tibi superioribus litteris scripsi. nihil hac salubrius jucundius; nisi paulum interpellasset Amyntæ filius. 11 ὁ ἀπεγορευτολογίας ἀηδὸς; cetera noli putare amabiliora 12 fieri posse villa, litore, prospectu maris, 13 tum his rebus omnibus: sed neque hæc digna longioribus litteris; nec erat, quod scriberem; & somnus urgebat.

CICERO ATTICO, S.

MALÈ mehercule de Athamante. tuus autem dolor humanus is quidem, sed magnopere moderandus, consolationum autem multa vix, sed illa rectissima. impotes ratio, quod dies imperitura est. Alexin verò curesmus, imaginem Tironis; quem ægrum Romam remisit: & si quid habet collis ἐπιδήμιον, ad me 14 cum Tifameno transferamus. tota domus superior vacat, ut scis. hoc futo valde ad rem pertinere.

CICERO ATTICO, S.

MALÈ de Sejo, sed OMNIA humana tolerabilia dumcenda. ipsi enim quid sumus? aut quàm diu hæc curaturi sumus? ea videamus, quæ ad nos magis pertinent, nec tamen multo; quid agamus de Senatu. Et, ut ne quid prætermittam, Cælonius ad me litteras misit, Postumiam Sulpicii domum ad se venisse. De Pompeji Magni filia, tibi scripsi, nihil me hoc tempore cogitare. alteram verò illam, quam tu scribis, puto nosti. nihil enim vidi foedius, sed adsum. coram igitur.

15 Obiignata epistola, accepi tuas. Atticæ hilaritatem libenter audio; commotio tunculis συμπεριχθ.

CICERO ATTICO, S.

DE dote, tanto magis perpurga. Balbi regia conditio est delegandi quoquo modo confice. turpe est rem impeditam jacere. Insula Arpinas habere potest germanam ἀπθειωσι: 16 sed vereor ne minorem πικρῶν habere videatur. 17 ἐλγὸπιμ. est. igitur animus in hortis; quos tamen incipiam, cum venero. De Epicuro, ut voles; etsi 18 μεθαρωρόζομαι in posterum genus hoc personarum. incredibile est, quàm ea 19 quidam requirant. ad antiquos igitur; 20 ἀνεμίσητοι γὰρ. nihil habeo, ad te quod perscribam; sed tamen institui quotidie mittere, ut eliciam tuas litteras; non quo aliquid ex his expectem; sed nescio quo modo tamen exspecto, quare si ve habes quid, si ve nihil habes, scribe tamen aliquid, teque cura.

Ci-

1. Amicim πέντε φιλόδημον.) Omnem popularem Germanis & Vièr hujus loci restituo debetur, deeran enim vocabula Græca. Inn. ans enim πάντες φιλόδημος, propriam hujus loci lectionem esse contendit.
2. Sed quæso, quid ex ista acuta & gravi reseretur ad τὴν φωνήν? In his verbis vatum Lipio esse videtur lib. 1. lect. cap. 23. & pro illis & gravi vox Græca ἐπιπέλις reponenda esse.
3. Tu me quidem scripsisti ut quærescit.) Aberrat à vulgaris particula, quædemquam hō. ex mss. cod. cibus restituit.
4. Et pro istis.) Rectius, ut quam. & Manucii iudicio.
5. Ceterum tantumne.) Vox illa, ceterum, deest in vulgaris, & præterea à dioblon, tantumne, epistolam inchoat vulgata edere o, si ut lon.
6. Quid res: ἐπιπέλις.) Græcum hoc vocabulum diu desideratum restituit Vièr ex antiqui exemplaribus.
7. Quoniam Publius.) Vulgaris editiones, Publii. Bosii mss. in iis Dec. & C. ul. Publii.
8. Vel i magis.) Vulg. Vel i magis.
9. De Balbo.) Hic etiam in un. epistola in mss. Pal.
10. Utrum ipse in fœnicularium, &c.) Interpretatur hæc contra Turn. Lipsi. 11. Et. Etorum e. 20. qui toniulatur.
11. ὁ ἀπεγορευτολογίας ἀηδὸς.) ὁ loquacitatem insuavem.

Græca hæc verba hæc Stenys depravate edita, ex Dec. restituit Bos. vulg. ὁ ἀπεγορευτολογίας ἀηδὸς.
12. Fieri possit villa, litore.) Vulg. fieri possit villa litore.
13. Tam his rebus omnibus.) Ion. ex mss. Πρωτόμας hic rebus omnibus.
14. Cum Tifameno.) Scripsi, cum Tifameno Bos. ut exaratum invenit in Dec. Torn. Cret. fortasse legendum inquis Man. cum Thallameno, Attici servo vulgò cum Tifameno.
15. Obiignata.) In mss. Pal. sequentis epistolæ principium h. tur lon.
16. Sed vereor ne minorem πικρῶν habere videatur.) Horum verborum restituo Germanis accepta scienda est in vulgaris desunt.
17. Ελγὸπιμ. est.) Remota à v. 2. In Torn. & Cret. Cell. erato ἐκτόπιμ. in Dec. ἐκτ. πιμ. unde Bos. emendavit. ἐκτόπιμ. Lamb. ex codicis Torn. lect. one conjicit, ἐκτ. πιμ. vel ἐξορωμός. Turn. ἀίγνομ. Man. opim. & ἐκτόπιμ. & gere ex mss. Pal. Ion. assertit vulg. ἐγγόνιμ.
18. Μεθαρωρόζομαι.) Commotio, ad alias personas transfero.
19. Quidam requirunt.) Vulgò quidem requirunt.
20. Ἀνεμίσητοι γὰρ.) Caret enim invidia.

CICERO ATTICO, S.

COMMORAT me Attica; et si assentior Cratero. Bruto litteras, scriptas & prudentes, & amice, multas mihi tamen lacrimas attulerunt. Me hanc solitudo minus stimulat, quam ista celebritas. te unum desidero; sed litteris non difficilis uxor, quam si domi essem; ardor tamen in ille idem urget & manet, non meherecule indulgente me, sed tamen non repugnante. Quod scribis de Apulejo, nihil puto opus esse tua contentione, nec Balbo & Oppio; quibus quidem ille receperat, mihi que etiam iusserat nuntiar, te molestum omnino non futurum. sed cura, ut excuser morbi causa in dies singulos. Lænas hoc receperat, prende C. Septimium, L. Statilium. denique nemo negabit se juraturum, quem rogaris. quod si erit durius, veniam, & ipse perpetuum morbum iurabo. cum enim mihi credendum sit conuivis, malo id lege videri facere, quam dolere. Coccejum velim appelles. quod enim dixerat, non facit. ego autem volo aliquid emere & latibulum, & perfugium doloris mei.

CICERO ATTICO, S.

DEME excusando apud Apulejum dederam ad te pridie litteras, nihil esse negotii arbitrator, quæcumque appellaris, nemo negabit, sed Septimium vide, & Lanam item & Statilium, tribus enim opus est. sed mihi Lænas totum receperat. Quod scribis a Junio te appellatum; omnino Cornificius locuples est: sed tamen scire velim, quando dicat se possidisse, & pro patre, an ne pro filio; neque eo minus, ut scribis, procuratores Cornificii, & Apulejum prædilatorem videbis. Quod me ab hoc mœtore recreat, ut vis; facis, ut omnia; sed, me mihi non desuisse, tu testis es: nihil enim de matore minuendo scriptum ab uilo est, quod ego non domitux legerim. sed omnem consolationem vincit dolor quin etiam feci, quod profectio ante me nemo, ut ipse me per litteras consolaretur. quem librum ad te mittam, si desierit periret librariis. affirmo tibi nullam consolationem esse taleem. totos dies scribo; non quo proficiam quid; sed tantisper impediatur, non equidem satis. (vis enim urget) sed relaxor tamen; & omniaque nitor, non ad animum, sed ad vultum ipsum, si queam, reficiendum, idque faciens, interdum mihi peccare videor, interdum peccaturus esse, nisi faciam. solitudo aliquid adiuvat, sed multo plus proficere, si tu tamen interesset: quæ mihi una causa est hinc discedendi. nam, pro malis, recte habebat quamquam ipsum doleo. non enim jam in me idem esse poteris, perierunt illa, quæ amabas. De Bruti ad me litteris scripsi ad te antea: prudenter scriptæ: sed nihil, quo me adiuvarent, quod ad te scripsi, id vellem, ut ipse adesset: certè aliquid, quoniam me tam valde amas, adiuvaret, quod si quid scies, scribas ad me velim, maxime autem, Pansa quando. De Attica, doleo; credo tamen Cratero. & Piliam angustia veta: satis solitus es mœtore pro omnibus.

CICERO ATTICO, S.

APUD Apulejum, quoniam in perpetuum non placet, in dies ut excuser, videbis. in hac solitudine careo omnium colloquio; cumque mane me in silvam abstrusam & speram, non ex eo inde ante vesperum. secundum te, nihil est mihi amicus solitudine. in ea mihi omnis sermo est cum litteris, eum tamen interpellat fletus: cui repugno, quoad possum. sed adhuc pares non sumus,

Bruto, ut suas des, rescribam. eas litteras eras habebis, cum erit cui des, dabis.

CICERO ATTICO, S.

TE, tuis negotiis relicto, nolo ad me venire; ego potius accedam; si diutius impedire. et si ne dicebam, sem quidem e conspectu tuo, nisi me planè nihil ulla res adjuvaret; quod si esset aliquid levamen, id esset in te uxor; & cum primum ab aliquo poterit esse à te erit. nunc tamen ipsum sine te esse non possum, sed nec tua domi a probabatur, nec mea poteram; nec si propius essem utipiam, tecum tamen essem. idem enim te impediret, quo minus tecum essem, quod nunc etiam impedit. mihi adhuc nihil prius fuit hac solitudine: quam vereor ne Philippus tollat, heri enim vesperi venerat. Me scriptio & litteræ non leniunt, sed obtruant.

CICERO ATTICO, S.

MARCIANUS ad me scripsit, me excusatum esse apud, ut vulgum à Laterensi, Nasone, Lanate, Torquato, Strabone. his velim meo nomine reddendas litteras curas, gratum mihi eos fecisse. Quod pro Cornificio me abhinc amplius annis xxv. spondidisse dicit Flavius; et si reus locuples est, & Apulejus prædilatator liberalis; tamen velim de operam, ut investiges ex consensorem tabulis, si ne ita: 7 mihi enim ante Adilitatem meam nihil erat cum Cornificio. 8 potest tamen fieri. sed scire certum velim; & appelles procuratores, si tibi videtur. quamquam quid ad me? verum tamen. Pansa profectioem scribes, cum scies. Atticam salvere iube, & eam cura obsecro diligenter. Pilia salutem.

CICERO ATTICO, S.

DUM recordationes fugio, quæ quasi morsu quodam doliorem efficiunt, refugio à te admonendo. quod velim mihi ignoscas, & quicquid est. etenim habeo, non nullos ex iis, quos nunc lectito, auctores, qui dicant, fieri id oportere, quod se petecum egi, & quod à te approbari volo, de sano illo dico; de quo tantum, quantum me amas, velim, cogites. equidem neque de genere dubito; 10 placet enim mihi Clustii; neque de te; staturum est enim; de loco nonnumquam. velim igitur cogites. ego, quantum his temporibus tam eruditus fieri poterit, profectio illam consecrabo omni genere monumentorum, ab omnium ingenii scriptorum, & Græcorum & Latinorum; quæ res fortitan sit vestigia vulnus meum. sed iam quasi voto quodam, & promisso me teneri puto; non quomodo illud tempus, cum non ero, magis me movet, quam hoc exiguum, quod mihi tamen nimium longum videtur. habeo enim nihil, tentatis rebus omnibus, in quo acquiescam. nam, dum illud tractabam, de quo antea scripsi ad te, quali fovebam dolores meos. nunc omnia respicio; nec quicquam habeo tolerabilius, quam solitudinem; quam, quod eram vesitus, non obtravit Philippus. nam, ut heri me solutavit, statim Romam profectus est. Epistolam, quam ad Brutam, ut tibi placuerat, scripsi, mihi ad te, curabis cum tua perferendam. eus tamen mihi ad te exemplum, ut, si minus placeret, ne mitteres. Domestica quod ais ordine administrari, scribes, quæ sint ea, quædam enim expecto. Coccejus vide ne frustretur nam Libo quod pollicetur, ut Eros scribit, non incertum puto, de sorte mea Sulpicio confido, & Egnatio scilicet, de Apulejo, quid est, quod labores, cum sit excusatio facilis? Tibi ad me venire ut ostendis,

0004 ostendis,

1. Idem urget. Vocem idem quæ à vulgatis abest ex suis mss. re-
mittit Bos.
2. sed iam non repugnante. Negativam particulam quæ prius de-
re relictur V. &
3. Latibulum & perfugium. Bos. ex suis mss. copulam & interjecit,
quam V. & omiserat.
4. Quædamque nitor. Vtin cod. eibus Mal. & Memm. sic in Bos. tonia-
que nitor, sine propositione, ad, quæ legitur in vulg. editione.
5. Piliam angustia. Ex hâc veteris Dec. sic edidit Bos. Piliam angu-
stia. sive siliam et materem pro omnibus; quod etiam ante viderant. Coss.

rad. & Lamb. vulg. Piliam angustia veta. sic siliam est, & n.
6. Probatur. Scripsit Bos. probatur, cuiusmodi est quod meo se-
quitur poteram vulg. probatur.
7. Mihi enim ante Adilitatem. Vult ex mss. edidit mihi ante enim.
8. Peris tamen fieri. Vulg. peris tamen videri.
9. Cui non modo est. V. & non modo, quæ est vulgo recepta lectio, dimi-
nute pro eo scripsit Bos. ex suis mss. non modo.
10. Placet enim mihi Clustii. Sic omnes novi & veteres codices re-
ferente Vult exceptis Aldinis in quibus, Clusti, pervece.

ostendis, vide, ne non sit facile. est enim longum iter, discedentemque te, quod celeriter tibi erit fortasse faciendum, non sine magno dolore dimittam. sed omnia, ut voles, ego enim, quidquid feceris, id cum recte, tum etiam mea causa factum putabo. Hæc, cum ex aliorum litteris cognovissem de Antonii adventu, admiratus sum, nihil esse in tuis, sed erant pridie fortasse scriptæ, quàm daretur. neque ista quidem curo. sed tamen opinor propter prædæ suos adcurrisse. Quod scribis, Terentiam de obsequatoribus mei testamenti loqui: primum tibi persuade, me istæ non curare, neque esse quidquam aut parva cura, aut novæ loci. sed tamen quid simile? illa eos non adhibuit, quos existimavit quæsituros, nisi scissent quid esset. num id etiam mihi periculi fuit? sed tamen faciat illa, quod ego. dabam meum testamentum legendum cui voluerit: intelliget, non potuisse honorificentius à me fieri de nepote, quàm fecerim, nam quod non advocavi ad obsequandum; primum mihi non venit in mentem; deinde ea re non venit, quia nihil attinuit. tute scis, (si modo meministi) me tibi tam dixisse, ut de tuis aliquos adduceret. quid enim opus erat multis? equidem domesticos iusseram. tum tibi placuit, ut mitterem ad Silium: inde est natum, ut ad Publium. sed necesse neutrum fuit. hoc tu tractabis, 2 ut tibi videtur.

CICERO ATTICO, S.

Est hic quidem locus amœnus, & in mari ipso, qui & Antio, & Circæ aspici possit: sed ineunda nobis ratio est, quemadmodum in omni mutatione dominiorum, qui innumerabiles fieri possunt in infinita posteritate, (si modo hæc stabunt) illud, quasi consecratum, remanere possit. equidem jam nihil ego vestigalibus, & parvo contentus esse possum. cogito interdum trans Tiberim horros aliquos parare, & quidem ob hanc causam maximè nihil enim video, quod tam celebre esse possit; sed quos, coram videbimus; ita tamen, ut hac ætate sanum absolutum sit. Tu tamen cum Apella Chio confice de columnis. De Coccejo & Libone quæ scribis, approbo; maximè, quod de iudicatu meo. Desponsu, si quid perspexeris; & tamen quid procuratores Cornificii dicant, velim scire, ita ut in ea re, cum tam occupatus sis, non multum operæ velim ponere. De Antonio quoque Balbus ad me cum Oppio conscripsit, idque tibi placuisse, ne perturbaret. illis egi gratias. te tamen, ut jam ante te adscripsi, scire volo, me neque isto nuntio esse perturbatum, nec iam ullo perturbatum iri. Pansa si hodie, ut putabas, profectus est, posthac jam incipito scribere ad me, de Bruti adventu quid expectes, id est, quos ad dies, id, si scies ubi jam sit, faciliè conjectura assequere. Quod ad Tironem de Terentia scribis, obsecro te, mi Attice, suscipe totum negotium. vides & officium agi meum quoddam, cui tu es conscius, & ut nonnulli putant, Ciceronis rem. me quidem id multo magis movet, quod mihi est & sanctius, & antiquius; præsertim cum hoc alterum neque sincerum, neque firmum putem fore.

CICERO ATTICO, S.

Nondum videris perspicere, quàm me nec Antonius commoverit, nec quidquam jam ejusmodi possit commovere. de Terentia autem scripsi ad te iis litteris, quas dederam pridie. Quod me hostiaris, idque à ceteris desiderari scribis, ut dissimulem me tam graviter dolere;

possimne magis, 4 quàm quod totos dies consumo in litteris? quod etiam non dissimulationis, sed potius lenendi, & sanandi animi causa facio stamen, si mihi minus proficio, simulationi certè facio satis. Minus multa ad te scripsi, quod expectabam tuas litteras ad eas, quas ad te pridie dederam. expectabam autem maximè de sano, non nihil etiam de Terentia. Velim me facias certiorum proximis litteris, Cn. Cæpio, Servilii Claudii pater, vivone patre suo naufragio perierit, an mortuo; item Rutilia vivone C. Cotta, filio suo, mortua sit, an mortuo. pertinent ad eum librum, quem de luctu minuendo scripsimus.

CICERO ATTICO, S.

Legit Brutus epistolam, eamque tibi remisit, sanè non prudenter rescriptam ad ea, quæ requireras. sed ipse viderit: quamquam illud turpiter ignorat. Catonem primum sententiam putat de animadversione dixisse; quam omnes ante dixerant, præter Cæsarem: & cum ipse Cæsaris tam severa fuerit, qui tum Prætorio loco dixerit, Consulatum putat leniores fuisse Catuli, Servilii, Lucullorum, Curionis, Torquati, Lepidi, Ge lii, Volcaci, Figuli, Cottæ, L. Cæsaris, C. Pisonis, & etiam M. Glabronis, Siliani, Muræna, designatorum Consulatum cur ergo in sententiam Catonis? quia verbis luculentioribus, & pluribus rem eandem comprehenderat. Me autem hic laudat, quod retulerim, non quod patefecerim quod cohortatus sim, quod denique ante quàm consulere, ipse judicaverim. quæ omnia, quia Cato laudibus extulerat in caelum, perscribendaque censuræ; idcirco in ejus sententiam est facta discessio. hic autem scetiam tribuere multum mi putat, quod scripserit, OPTIMUM CONSULEM. quis enim jejunius dixit inimicus? Ad cetera verò tibi quemadmodum rescripsit? tantum rogat de s. c. ut corrigas. hoc quidem fecisset, & etiam si æratio adnovitius esset. sed hæc iterum ipse viderit. De hortis, quoniam probas, effice aliquid. rationes meas noiti. si verò etiam 7 à Faberio aliquid recedit, nihil negotii est. sed etiam sine eo posse videor contendere. vanales certè sunt Drusii; fortalè & Lamiani & Cassiani: sed coram. De Terentia non possum commodius scribere, quàm tu scribis. officium sit nobis antiquissimum. si quid nos fefellerit, illius malo me, quàm mei poenitere. Ovix C. Lolii curanda sunt h. s. c. negat Eros posse sine me; credo, quod accipienda aliqua sit, & danda æstimatio. vellem tibi dixisset si enim res est, ut mihi scribit, parata; nec in eo ipso mentitur: per te confici potuit. id cognoscas, & conficias velim. Quod me in forum vocas; eo vocas, unde, etiam bonis meis rebus fugiebam. quid enim mihi foro, sine iudiciis, sine Curia, in oculis incurrentibus iis, quos a quo animo videre non possum? Quod autem homines à me postulare scribis, ut Romæ sim, neque mihi, ut absim concedere, aut quatenus eos mihi concedere: jam pridem scito esse, cum unum te pluris, quàm omnes illo, putem: ne me quidem contemno: meoque iudicio multo stare malo, quàm omnium reliquorum. neque tamen progredior longius, quàm mihi doctissimi homines concedunt: quorum scripta omnia, quæcumque in eam sententiam, non legi solum, quod ipsum erat fortis agroti, accipere medicinam; sed in mea etiam scripta transtuli; quod certè afflicti, & fracti animi non fuit. ab his me remediis noli in istam turbam vocare, ne recidam.

CI-

1. De nepote. Locos Mænantio obscurus & fortasse depravatus videtur.

2. Ut tibi videtur. Vulg. ut tibi videbitur.

3. Quod de iudicatu meo. De sponsu si quid perspexeris. Emendavit Bos. de sponsu si quid perspexeris, anctoribus libris non quis cum vulgò vitiose legator. quod de iudicatu meo responsum sit. si quid perspexeris, quod probat hunc. neque in eum epistolæ statueret rectè m. Pal. dicit.

4. Quam quæd tuis dicit. Quam, ab aliis libris nonnullis abest. Facit. & Lamb. possimus magis qui tuis.

5. Etiam M. Glabronis. Vulg. M. Atilii Glabronis.

6. Etiam si aravis aduvinus esset. Hæc ita referebat Dec. etiam si aravis aduvinus esset. Hæc ita referebat Dec. etiam si aravis aduvinus esset. Lamb. etiam Tyræntio, si aduvinus esset.

7. A Faberio aliquid recedit. Sequitur fidem Dec. & Torn. reposuit Bos. à Faberio aliquid recedit: cum in vulg. deest aliquid. Man. in verbo recedit mendum esse suspicatur ac fortasse legendum recedit Lamb. reposuit aliquid recedit; Lips. à Faberio recedit, id est auferis. l. v. Anq. lect. cap. 19.

1. F.

CICERO ATTICO, S.

DE TERENTIA, quod mihi omne onus imponis; non cognosco tuam in me indulgentiam. ista enim sunt ipsa vulnera, quae non possum tractare sine maximo gemitu. moderare igitur, quae, ut potes. neque enim a te plus, quam potes, postulo; potes autem, quid veri sit, perspicere tu unus. De Rutilia, quoniam videris dubitare, scribes ad me, cum seies, sed quam primum; & num Claudia, D. Bruto Consulari, filio tuo, mortuo, vixerit. id de Marcello, aut certe de Postumia sciri potest; illud autem de M. Cotta, aut de Syro, aut de Satyro. De hortis, etiam atque etiam te rogo. omnibus meis, eorumque, quos seio mihi non defuturos, facultatibus, sed potero meis, emittendum mihi est, sunt etiam, quae vendere facile possim. sed, ut non vendam, eique usuram pendam, a quo emero, non plus annum, possum assequi, quod volo, si tu me ad iavas. paratissimi sunt Drusi; cupit enim vendere. proximos puto Lamiae; sed abest. tu tamen, si quid potes, odorare. ne Silius quidem quidquam utitur, a & iis usuris facillime sustentabitur. habe tuum negotium; nec, quid res mea familiaris postulet, quam ego non curo, sed quid velim, & cur velim existima.

CICERO ATTICO, S.

PUTARAM te aliquid novi: quod eiusmodi fuerat ininum literarum; quamvis non curarem quid in Hispania fieret, tamen te scripturum: sed videlicet meis litteris respondi, ut de foro, & de Curia. sed domus est, ut ais, forum. quid ipsa domo mihi opus est, carenti foro? occidimus, Attice, jam pridem nos quidem; sed nunc fatemur, postea quam unum, quo tenebamur, amissimus, itaque solitudines sequor: & tamen, si qua me res isto adducent, nunc, si quo modo poterit. (potero autem) ut praeferat me nemo dolorem in eum sentiat: si ullo modo poterit, nunc quidem atque etiam ista causa est non veniendi. memini, quid ex te Aledius quaesierit: quin etiam nunc molesta sunt: quid existimas si venero? De Terentia ista cura, ut scribis; inique hac ad maximas aegritudines accessione nunc maxima libera. Et ut scias me ita dolere, & ut non tacui, in quibus Consulibus Carneades, & ea legio Romam venerit, scriptura est in tuo annali. haec nunc quae, quae causa fuerit: de Oropo, opinor, sed certum nescio: & si ita est, quae controversa praeterea, qui eo tempore nobilitas Epicureus fuerit Athenis, qui praefuerit hortis; qui etiam Athenis πολιτης fuerint illustres: quae te etiam 10 ex Apollodori puto posse invenire. De Attica, molestum; sed quoniam leviter, recte esse confido. 11 De Gamala dubium mihi non erat, unde enim tam fe-

lix Ligus pater? nam quid de me dicam, cui ut omnia contingant, quae volo, levare non possum? De Drusi hortis, quanti licuisse tu scribis, id ego quoque audieram, & ut opinor, huius ad te scripseram: sed quanti quanti, bene emittitur quod necesse est. mihi quoquo modo tu existimas, (scio enim ego ipse, quid de me existimem) levatio quaedam est, si minus, doloris, at officii debiti. Ad Sicam scripsi, quod utitur L. Cotta. si nihil conficeretur de Transiberinis, habet in Ostiensi Cotta celeberrimo loco, sed pusillum loci: ad hanc rem tamen 12 plus etiam satis. id velim cogites. nec tamen ista pretia hortorum pertinueris. nec mihi jam argento, nec veste opus est, 13 nec quibusquam amoenis locis: hoc opus est. video etiam, a quibus adjuvari possum. sed loquere cum Silio. nihil enim est melius. mandavi etiam Sicam, rescriptis, constitutum se cum eo habere. scribat igitur ad me, quid egerit 14 &, ut tu videbis.

CICERO ATTICO, S.

BENE fecit A. Silius, qui transegerit, neque enim ei deesse volebam, & quid possem, timebam. De Ovia, conice, ut scribis. De Cicerone, tempus esse jam videtur, sed quae, quod illi opus erit Athenis, permutarine possit, an ipsi ferendum sit; de totaque re, quemadmodum, & quando placeat, velim consideres. Publius iuruse sit in Africam, & quando, 16 ex Aledio scire poteris: quae res, & ad me scribas, velim. Et, ut ad meas ineptias redeam, velim me certior facias, P. Crassus, 17 Venuleja filius, vivone P. Crasso Consulari, patre suo, mortuus sit, ut ego meminisse videor, an post. item quae de Regillo, Lepidi filio, recte ne meminerim, patre vivo mortuum. 18 Cispiana explicabis, itemque Praeciana. De Attica, 19 optime it, ei salutem dices, & Pitha.

CICERO ATTICO, S.

SCRIPSI ad me diligenter Sica de Silio, seq; ad te rem detrahisse: quod tu idem scribis. mihi & res, & conditio placet, sed ita ut numerato malim, quam a estimatione. voluptarias enim possessiones nolet Silius. vestigalibus autem ut his possum esse contentus, quae habeo, sic vix minoribus. unde ego numerato? n. s. d. c. exprimes ab Hermogene, cum praeterea necesse erit: & domi video esse n. s. d. c. reliqua pecuniae vel usurarum Silio pendemus, dum a Faberio, vel ab aliquo, qui Faberio debet, repraesentabimus. erit etiam aliquid alicunde. sed totam rem tu gubernabis. 20 Drusianis vero hos hortis multo antepono: neque sunt unquam comparati. mihi crede una me causa movet, in qua 21 scio me πετυφωδης, sed, ut facis, obsequere huic errori meo. 22 Nam quod scribis ἰψήρομεγε; actum jam de isto est: alia magis quaezo.

O o o

CICERO

1. Terentia. Vocem, ut ex Scidris Tornæsiano & Crustellino addidit Bostius. 2. Et iis usuris facillime sustentabitur. Castigat Lipsius d. cap. 19. & 4. v. 1. 3. Sed quid velim & cur velim existima. Auctoribus Scidis, Tornæsio, & Crustellino sic edidit Bostius. verba haec, & cur velim, desunt in vulgatis. 4. Solitudines sequor. Ita ex suis mss. legit Bostius. vulg. solitudinem. 5. Ut praeferat me nemo dolorem meum sentiat. Forte scribendum videtur Lipsio, si praeferat me nemo, lib. iv. Antiq. lect. cap. 19. 6. Politicus. Vulg. Aristicus. 7. Accipiens nunc maxima. Vulgati libri accipiens nunc maxima, mendosus: ideo patet Corradus expungendam esse negationem, Bostius, 17, non potest tunc, ut erat in Crustellino. 8. Drusianum. Vulg. ut non facerem. 9. Quae res. Auctoribus mss. iussit excudi Bostius, quae res, & max. inveniunt, ut desit in vulg. 10. Quae res ex Apollodori. Ex Apollodori habent antiquiores codices ut emendavit Victorius. 11. De Gamala. Emendatus ne legatur Gamalas ut referant Tornæsio & Decortat. an ut vulgati codices edunt, Magala, otioso doctore quae talium relinquit Bostius. 12. Id quod quaezati, bene videtur. Alii distinguit vulgus, sed quaezati, bene videtur.

13. Plus etiam satis. Tornæsio & Crustell. plus etiam quam satis: sed illud, quod, adiectum fuisse putat Bostius ex grossomate, neque est in Decurtato. 14. Nec quibusquam amoenis locis. Vulg. nec quibusdam. 15. Erat in videris. Fugerat a vulgatis particula, ut, quam in mss. latitantem deprehendit inque suam locum reduxit Bostius. 16. Bene fecit A. Silium. Haec epistolam superiori annectit vulgata editio. 17. Ex Aledio. Vulg. ex Aledio. 18. Venuleja filius. Vulg. Venuleja F. 19. Cispiana explicabis. Vulg. Cispiana. 20. Optime it. Bostius veteres mss. optime id, unde emendavit optime it. 21. Drusianis vero her hortis. Sic habet Decurtatus, & ita legendum in vulgatis, Vis, her, deorat. 22. Scio me πετυφωδης. Tomefactum esse, inflatum in sanies. Ita legendum asserit Lambinus potius quam πετυφωδης, ut quidam volunt. 23. Nam quid scribis ἰψήρομεγε. Senectutis requies, delectatio, occupatio. Ita habent veteres codices Victorio teste, qui ita legendum asserit: prius legebatur ἰψήρομεγε, quod & in mss. Pal. 24. Sica, ut scribis. Haec epistola superiori annexa est in vulgata editione.

CICERO ATTICO, S.

1 Sica, ut scribis, etiam si nihil confecerit cum A. Silio, tamen se scribit x. Kal. esse venturum. 2 Tuis occupationibus ignosco; exque mihi sunt nota. De voluntate tua, ut simu. simus, vel studio potius, & cupiditate, non dubito. de Nicia quod scribis, si ita me haberem, ut ejus humanitate frui possem, in primis vellem illum mecum habere. sed mihi solitudo, & recessus, provincia est. quod quia facile ferebat Sica, eo magis illum desidero. praeterea nostri Niciae nostri inbecillitatem, mollitiam, consuetudinem victus. cur ego illi molestus velim, cum mihi ille jucundus esse non possit? voluntas tamen ejus mihi grata est. Unam rem ad me scripsisti, de qua decrevi nihil tibi rescribere. spero enim mea te impetrasse, ut privares me ista molestia. Pilia, & Attica salutem.

CICERO ATTICO S.

27 DE Siliano negotio, etsi mihi non est ignota conditio, tamen hodie me ex Sica arbitror omnia cognitarum. 3 Cotta quod negas te nosse, ultra Silianam villam est (quam puto tibi notam esse) villula serdida, & valde pusilla; nihil agri; 4 ad suillam rem loci satis, nihil ad eam, quam quæro. sequor celebritatem, sed, si perficitur de hortis Silii, hoc est, si perficis; (est enim totum positum in te) nihil est ferlicet, quod de Cotta cogitemus. De Cicero, ut scribis, ita faciam: ipsi permittam de tempore: numero, rum quantum opus erit, ut permutetur tu videbis. Ex Aledio, quod scribis, si quid inveneris, scribes. Et ego ex tuis animam dvento litteris, & profecto tu ex meis, nihil habere nos, quod scribamus; eadem quotidie, quæ jam jamque ipsa contrita sunt; tamen facere non possum, quin quotidie ad te mittam, ut tuas accipiam. De Bruto tamen, si quid habebis. scire enim jam puto, ubi Paulam expectet. si, ut consuetudo est, in prima provincia, circiter Kal. asfuturus videatur. vellem tardius. valde enim ubi fugio multas ob causas, itaque id ipsum dubito, an exultationem aliquam ad illum parem: quod quidem video facile esse, sed habemus satis temporis ad cogitandum. Pilia, Attica salutem.

CICERO ATTICO, S.

28 DE Silio nihilo plura cognovi ex præfente Sica, quam ex litteris ejus. scripserat enim diligenter, si igitur tu illum conveneris, scribes ad me, si quid videbitur. De quo putas ad me missam esse; sit missum, necne, nescio; dictum quidem mihi certe nihil est. tu igitur, ut cepisti, & si quid ita conficies, quod equidem non arbitror fieri posse, ut illi probetur, Cicero, si tibi placebit, adhibebis, ejus aliquid interest, videri illius causa voluisse: mea quidem nihil, nisi id, quod tu scis: 6 quod ego magni æstimis. Quod me ad consuetudinem revocas; fuit meum quidem jam pridem 7 Remp. lugere; 8 quod faciebam, sed mitius erat enim, ubi acquiescerem. nunc planè nec ego victum, nec vitam illam colere possum; nec in ea re, quid aliis vi-

deatur, mihi puto curandum, MEA MIHI consuetudine pluris est, quam omnium sermo. Quod me ipse per litteras consolatus sum; non poenitet me, quantum profecerim, maiorem minui: dolorem nec potui, nec, si possem, vellem. De Triario, bene interpretaris voluntatem meam. tu vero nihil, nisi ut illi volent. amo illum mortuum: tutor sum liberis: totam domum diligo. De Castriano negotio, si Castrius pro mancipis pecuniam accipere volet, & eamque ei solvi, ut nunc solvitur; certè nihil est commodius. sin autem ita actum est, ut ipsa mancipia abduceret; non mihi videtur esse æquum. rogas enim me, ut tibi scribam, quid mihi videatur. nolo enim negotii Quintum fratrem quiddam habere: quod, videri mihi intellexisse, tibi idem videri. Publilius, si æquinoctium expectat, ut scribis 10 Aledium dicere, navigaturus videatur, mihi autem dixerat per Siciliam, utrum, & quando, velim scire. Et velim aliquando, cum erit tuum commodum, Lentulum puerum visis, eique de mancipiis, quæ tibi videbitur, attribuas. Pilia, Attica, salutem.

CICERO ATTICO, S.

11 Silius, ut scribis, hodie, cras igitur, vel potius cum S. poteris, scribes, si quid erit, cum videris. Nec ego Brutum vito, nec tamen ab eo levationem ullam expecto: sed erant causæ, cur hoc tempore istic esse nollem: quæ si manebunt, quærenda erit exulatio ad Brutum; & ut nunc est, mansura videtur. De hortis, quælo explicata, caput illud est, quod scis. sequitur, ut etiam mihi ipsi quiddam opus sit. nec enim esse in turba possum, nec à vobis abesse. huic meo consilio nihil reperio isto loco aptius: & de hac re quid tui consilii sit, mihi persuasum est. & eò magis, quod idem intellexi tibi videri, me ab Oppio & Balbo valde diligi. 11 fit. cum iis communices, quanto opere, & quare velim hortos; sed id ita posse, si expediat illud Faberianum. 12 sine me igitur auctores futuri, si qua etiam iactura facienda sit in repræsentando, quod ad possunt adduci: (totum enim illud desperatum) denique intelligis, ecquid inclinent ad hoc meum consilium adjuvandum, si quid erit, magnum est adjumentum: sin minus, quacumque ratione contendamus. 13 vetus illud *ἰσχυρὸς ἦγε*, quemadmodum scripsisti, vel 14 *ἐπιγρηγοῦς* puto. De illo Ostiensi nihil est cogitandum. si hoc non assequimur; (à Lamia non puto posse) Damassippi experiendum est.

CICERO ATTICO, S.

15 QUÆRO, quid ad te scribam: sed nihil est, eadem quotidie. Quod Lentulum invisis, valde gratum, pueros attribue ei, quot, & quos videbitur. De Silii voluntate vendendi, & de eo, quanti, tu vereri videris, primum ne nolir, deinde ne tantis. Sica aliter: sed tibi assentior, quare, ut ei placuit, scripsi ad Egnatium. Quod Silius te cum Clodio loqui vult; potes id mea voluntate faceres commodiusque est, quam, quod ille à me petit, me ipsum scribere

1. Sicut scribit. Hæc epistola superiori annexa est in vulgata editione.
 2. Tuis occupationibus. V. in Tornæ. Lamb. teste, sic & in Scidis legitur & ita edidit Bosius. Victorius restatur antiqua exemplaria habere, cujus occupationibus, quod ipsi probatur.
 3. Cotta quod negas te nosse. Vict. edidit Cotta quidem argat te nosse, sed ultra Silianam villam est. Bosius vero non ex conjectura sed ex fide Decur. Tornæ. & Cæsell. Cotta quod negas te nosse ultra Silianam villam est, quam puto tibi notam esse villula serdida.
 4. Ad suillam rem. Libet Tornæ. ad illam rem Scidæ, ac si illam rem prout leg. e Bosius ad suillam rem. Non dubitat autem Manut. quin hoc ordine legendum sit: ad illam rem loci nihil satis ad eam quam quæro, vulg. ad illam rem loci satis, nihil ad eam quam quæro; sed id Cicero non sentit, ut repugnare ait Manutius.
 5. Quam ex litteris tuis. V. supra ep. 26. hujus libri auctoribus libro antiquis ed. Bos. ita pro te, nisi contra hoc loco ex eorundem fide pro te, repoluit, que, & pro, scripsit, scripsit.
 6. Quod ego magni æstimis. V. in, magis, in vulgatis editionibus desideratur; propterea que in mentis dispositionem adducebat Manut.
 7. Remp. lugere. Bosius emendavit ex omnibus suis in R. lugere.
 8. Quod faciebam sed mitius erat enim ubi acquiescerem. Sic emendavit Bosius ex Decuratio. Lamb. ex Tornæ. legit, pro mitius, sal-

lique dicit Victorium qui reponit, *ἰσχυρὸς*: Lamb. sequitur Iunius vulg. quod faciebam: sed in iustis erat ubi acquiescerem.
 9. Eamque ei solvi. ME. fide ita legit Victorius, pro eamque sibi solvia quod antea legebatur.
 10. Aledium. Volg. Aledium.
 11. Si cum iis communices. Absit verbum si à vulgatis sed in omnibus mss. legitur, aut certe ejus loco, si, vel sic, referent Bos.
 12. Sine me igitur auctores. Veteris Decur. scripturam expressit Bosius, quæ ea nequaquam illa mendorum illavie inquinata esset; quæ ceteri hic conveniunt sunt; sic enim vulgò legitur hie locus: Sine igitur auctores futuri, si qua etiam iactura facienda sit in repræsentando, quod ad possunt adduci. Tunc eam illud desperatum dicitur que intelligit, & quod inclinent ad hoc meum consilium adjuvandum.
 13. Vetere illud *ἰσχυρὸς ἦγε*. Volgò *ἰσχυρὸς ἦγε* quod retinet Iunius ex mss. Pal. ut & *ἐπιγρηγοῦς* pro *ἰσχυρὸς*.
 14. *Ἐπιγρηγοῦς*. Sepulchrum.
 15. Quæro, quid ad te scribam. Totus hic orationis ambitus usque ad verbum illud, De Silii voluntate, superiori epistolæ annexus est in vulg. editione.

Quæro

scribere ad Clodium. De mancipiis Castricianis, commo-
dissimum esse credo, transigere Egnatium : quod scribis te
ita futurum putare. Cum Ovia, & quaso, vide ut confi-
ciatur. Quoniam, ut scribis, nox erat, in hodierna epistola
plura expecto.

CICERO ATTICO, 5.

SILIVM mutasse sententiam Sica mirabatur, equidem
magis miror, quod, cum in filium causam confer-
ret, quæ mihi non iniusta videtur; (habet enim qualem
vult) ais te putare, si addiderimus aliud, à quo refugiat,
cum ab ipso id fuerit destinatum, venditurum. Quæris à me,
quod summum pretium constituam, 2 & quantum ante-
rire istos hortos Drusi; accessi numquam: Coponianam
villam & vererem, & non magnam novi; silviam nobilem,
fructum autem neutrius; quod tamen puto nos scire oportere,
sed mihi, 3 utrivis istorum, tempore magis meo, quam
ratione estimandi sunt, possum autem assequi, necne, tu ve-
lim cogites. si enim Faberianam venderem, 4 explicare
vel representatione 5 non dubitarem de Silianis, si modo
adduceretur, ut venderet si venales non haberet, transirem
ad Drusum, vel tanti, quanti Egnatius illum velle tibi di-
xit, magno etiam adjumento nobis Hermodemus potest
esse in repræsentando: 6 at tu concede mihi, quæso, ut eo
animo sim, quo is debeat esse, qui emere cupiat: & tamen
servio ita cupiditati & dolori meo, ut à te regi velim. Egnatius
mihi scripsit, is si quid tecum locutus erit (commodis
sime enim per eum agi potest) ad me scribes: & id agen-
dum puto, nam cum Silio non video conlici posse. Pluræ
& Atticæ salutem. 7 Hæc ad te mea manu, vide, quæ o,
quid agendum sit.

CICERO ATTICO, 5.

PUBLILIA ad me scripsit, 8 matrem suam (cum Publi-
lio loqui retur) ad me cum illo venturam, & se una,
si ego patier: orat multis & supplicibus verbis, ut liceat,
& ut sibi referbam, res quàm molesta sit, vides, recripsi
me etiam gravius esse affectum, quàm tum, cum illi dixis-
sem, me solum esse velle; quare nolite me hoc tempore eam
ad me venire putabam, si nihil rescripsissem, illam cum
matre venturam: nunc non puto, apparet enim illis li-
teris, 9 non esse ipsius illud autem, quod fore video, ipsum
volovitate, ne illæ ad me veniant, & una est vitatio, ut
ego nollem, sed necesse est (te hoc nunc rogo) ut explores,
ad quam diem hic ita possim esse, ut ne opprimar, ages, ut
scribis, temperatè Ciceroni velim hoc proponas, ita tamen,
si tibi non iniquum videbitur, ut tumultus hujus peregrina-
tionis, quibus si Romæ esset, domumque conduceret,
quod facere cogitabat, facile contentus futurum erat, ac-
commodet ad mercedem Argiletæ, & Aventinæ: & cum ei
proposueris, ipse velim reliqua moderè, quemadmodum
etiam mercedibus suppeditemus ei quod opus sit, præstabo,

1. Quæso, vide ut conficiatur. Ita emendat Lambinus, vulgo quæso
quidem ut conficiatur.
2. Et quantum autem istis hortis Drusi accessi numquam: Coponianam
villam & vererem & non magnam novi: silviam nobilem, fructum autem
neutrius. Videtur Turnebus lib. XII. Advers. cap. 4. Alii ter legit & distin-
guo Iunius ex mss. Pal. & q. a. h. D. tantum accessi præcipit. Numquam
comparo villam & vererem & non magnam, novi & silviam, &c.
3. Utrivis istorum. Bostius correxit utrivis, approbantibus Seidis &
Tornæsiano, cum in editionibus legerecur, utrivis, sic tamen emenda-
vit Lambinus.
4. Explicare vel representatione. Repreæsentat, est præfens non in diem
solvere Otium.
5. Non dubitarem de Silianis, si modo adduceretur. Lamb. asserit legen-
dum esse, si modo adduc. pro si modo adduc. sed id abundè retellit Bostius,
vulg. aliter distinguitur, non dubitarem. De Silianis, si modo.
6. At tu concede mihi. Vulg. exemplarum, aut concedere vel ut concedere.
Bostius membranæ veteres at tu, quam lectionem sequutus est.
7. Hæc ad te mea manu. Hoc principium epistolæ in mss. Pal. quod
Junio præbatur.
8. Matrem suam (cum Publiis loquere) ad me cum illo. Pro loquere
quod est in multis excusis Bostius edidit ex Desort. loquere, Lamb.

nec Bulum, nec Acidinum, nec Messallam, quos Athenis
futuros audio, majores sumptus facturos, quam quod ex
ei mercedibus recipietur. itaque velim videas, primam
conductores qui sint, & quanti; deinde, ut sit qui ad diem
solvar; & quid viatici, quid instrumenti satis sit. jumento
certè Athenis nihil opus est, quibus autem in v. a. utatur, domi
sunt plura, quàm opus erat: quod etiam tu animadvertis.

CICERO ATTICO, 5.

EGO, ut heri ad te scripsi, si de Silio is fuerit, quem tu
putas, nec Drusus facilem se præbuerit, Damasippum
velim aggrediare. is, opinor, 10 ita parteis fecit in ripa ne-
scio quot enorum jugerum, ut certa pretia constitueret; quæ
mihi nota non sunt. scribes ad me igitur, quidquid egeris.
11 vehementer me sollicitat Atticæ nostræ validudo: ut ve-
rear etiam, ne qua culpa sit. sed & pædagogus probitas, &
medici assiduitas, & tota domus in omni genere diligens,
me rursus id suspicari vetat. 12 cur agitur, plura enim non
possum.

CICERO ATTICO, 5.

EGO hic vel sine Sica (Tironi enim melius est) facillimè
possem esse, ut in malis, sed, cum scribas videndum
mihi esse, ne opprimar, ex quo intelligam, te 13 certum
diem illius professionis non habere; putavi esse commo-
dius, me itac venire, quod idem video tibi placere, cras
igitur in Sica suburbano: inde, quemadmodum suades,
pato me in Ficulensi fore, quibus de rebus ad me scripsisti,
quoniam ipse venio, coram videbimus, tuam quidem &
in agendis nostris rebus, & in consiliis incundis, mihi que
dandis, in ipsis litteris, quas mittis, benivolentiam, diligen-
tiam, prudentiam mirificè diligo.

CICERO ATTICO, 5.

TU tamen, si quid cum Silio, vel illo ipso die, quo ad
Sicam venturus ero, certior me velim facias, &
maximè ejus loci detractionem fieri velit: quod enim
scribis, 14 x r r e m i; vide, ne is ipse locus sit, ejus causa de
tota re, ut scis, est à nobis cogitatum. Hirtii epistola tibi
mihi, & recentem, & benivole scriptam. Ante, 15 quàm
à te proximè discessi, numquam mihi venit in mentem,
quo plus insumptum in monumentum esset, quàm nescio
quid, quod lege conceditur, tantundem populo dandum
esse: quod non magna opere moveret, nisi nescio quomodo,
ἀλόγως fortasse, nollem illud ullo nomine, nisi fani, appel-
lari, quod si volumus, vereor, ne assequi non possimus, nisi
mutato loco, hoc quale sit, quæso considera, nam et si mi-
nus urgeo, meque ipse propemodum collegi: tamen in-
digeo tui consilii itaque te vehementer etiam atque etiam
rogo, magis quàm à me vis, aut pateris te rogari, ut hanc
cogitationem toto pectore amplectere.

CICERO ATTICO, 5.

FANVM fieri volo; neq; hoc mihi 16 suada erui potest; 6
sepulcra similitudinem effugere, non tam propter poe-
nam

legendum suspicatur, matrem suam cum Publiis loqui scilicet, se ad me cum
illo. Iunius ex conjectura legit cum Publiis locutam; vulgò, matrem
suam cum Publiis loqui, tam ad me, cum illo venturam.
9. Non esse ipsius. Bostius antiquior & Tornæs. non esse ipsius: & ita
reposit, vulgatis non illius esse.
10. Ita parvi fecit. Vulg. ita parvi fecit.
11. Vehementer me sollicitat. Sic etiam incipit epistola statuitur in
mss. Palatino.
12. Cur igitur plura enim non possum. Iunius ex mss. Pal. cur igitur?
plura enim non possum.
13. Certum diem illius professionis. Victorii antiquior codex sic habet,
ex quo intelligam & certum diem illius professionis: vulg. certum illius pro-
fessionis diem.
14. Tu tamen si quid. Totam hanc periodum usque ad illa verba, Hirtii
epistolam, superiori epistolæ adscripsit vulgata editio.
15. Quam à te proximè. Revertitur Bostius ex Seidis & Tornæsiano
has duas voculas, à te quæ exialabant à vulgatis.
16. Suada erui potest. Revertitur lectonem correxit Bostius, adjunctus
aliquanulum ope veterum librorum; in quibus cum I. quido scripsum
reperiisset, suaderi reposit, suada erui. Iunius testatur etiam in mss. uno
legi, suaderi; unde dissuaderi legit; quod etiam Lambinus conjecerat.
2. Estep

nam legis studeo, quam ut maximè assequar *δωρεῖσθαι*: quod poteram, si in ipsa villa facerem. sed, ut saepe locuti sumus, commutationes dominorum reformido. in agro ubicumque fecero, mihi videor assequi posse, ut *posteritas* habeat religionem. hæc meæ tibi ineptiæ (1) fatetur enim ferendæ sunt. 2. non habeo, ne me quidem ipsum, quicum tam audacter communicem, quam te. si tibi res, si locus, si institutum placet, lege, quæso, legem, mihi que eam mitte. si quid in mentem veniet, quo modo eam effugere possimus, utemur. Ad Brutum si quid scribes, nisi alienam putabis, oburgato eum, quod in Cumano esse noluerit propter eam causam. 3. quam tibi dixit. cogitanti enim mihi, nihil tam videri potuisse facere rusticè. Et, si tibi placebit sic agere de fano ut accipimus, velim cohortere, & exacuas Cluarium: nam, etiam si alio loco placebit, illius nobis opera, consilioque utendum puto. 4. Tu ad villam fortasse eras.

CICERO ATTICO, S.

37 **A**THERI duas epistolas accepi, alteram pridie datam Hilario, alteram eodem die tabellario; accepique ab Ægypta liberto eodem die, Piliam & Atticam planè belle se habere. 6. hæc litteræ mihi reddita sunt tertio decimo die. Quod mihi Bruti litteras, gratum. ad me quoque misisti, eam ipsam ad te epistolam misisti, & ad eam exemplum mearum litterarum. De fano, si nihil mihi hortorum invenis (qui quidem tibi inventi sunt, si me tanti facis, quanti certè facis) valde probo 7. rationem tuam de Tusculano, quamvis prudens ad cogitandum sis. sicut es, tamen, nisi magnæ curæ tibi esset, ut ego consequeretur, id quod magnopere vellem, numquam ea res tibi tam bellè in mentem venire potuisset. sed nescio quo pacto *celebritatem* requiro. itaque hortos mihi conficiam, necesse est. maxima est in Scapulæ celebritas; propinquitas præterea ubi sis, ne totum diem in villam. quare, antequam discedis, Othonem, si Romæ est, convenias pervelim. si nihil erit, etsi tu meam *stultitiam*, consuesti ferre, eò tamen progrediar, & uti stomachere. Drusus enim certè vendere vult. si ergo aliud erit, non mea erit culpa, nisi emero: qua in re ne labor, quæso provide. providendi autem una ratio est, si quid de Scapulano possimus. Et velim me certiorum facias, quam diu in suburbano sis futurus. Apud Terentiam 9. gratia opus est nobis tua, tuaque auctoritate. sed facies, ut videbitur. scio enim, si quid mea interfit, tibi majori cura solere esse, quam mihi. 10. Hirtius ad me scripsit, Sex Pompejum Corduba exisse, & fugisse in Hispaniam citeriorem, Cnæum fugisse nescio quò. neque enim curo. nihil præterea novi. litteras Narbone dedit VIII. KAL. Maj. Tu mihi de Caminii naufragio, 11. quasi dubia misisti. scribas igitur, si quid erit certius. Quod me à mœstitia avocas 12. multum levatis, si locum fano dederis. multa mihi

ἐπὶ δωρεῖσθαι in mentem veniunt. sed loco valde opus est, quare etiam Othonem vide.

CICERO ATTICO, S.

NON dubito, quin occupatissimus fueris, qui ad me 28 nihil litterarum. sed homo nequam, qui tuum commodum non expectarit, cum ob eam unam causam missus esset. nunc quidem, nisi quid te tenuit, 13. suspicor te esse in suburbano. at ego hic, scribendo dies totos, nihil equidem levor, sed tamen aberro. Asinius Pollio ad me scripsit de impuro nostro cognato. quod Balbus minus nuper satis planè, Dolabella obicure, hic apertissimè. ferrem graviter, si *novæ agrimonie* locus esset. sed tamen 14. equidem impurius? o hominem cavendum! quamquam *mihi quidem*, sed tenendus dolor est. Tu, quoniam necesse nihil est, sic scribes aliquid, si vacabis. Quod putas 15. oportere pervideri jam animi mei firmitatem, graviusque quosdam scribis de me loqui, quam aut te scribere, aut Brutum: si, qui me fractum esse animo, & debilitatum putant, sciant quid litterarum, & cujus generis conficiam, credo, si modò homines sint, existimare me, si ve ita levatus sim, ut animum vacuum ad res difficiles scribendas afficiam, reprehendum non esse; si ve hanc aberratione à dolore delegerim, quæ maxime liberalissima, doctoque; homine dignissima, laudari me etiam oportere. sed, cum ego faciam omnia, quæ facere possim ad me adjuvandum; tu effice id, quod video te non minus, quam me laborare. hoc mihi debere video, neque levati posse, nisi solvero, aut videro me posse solvere, id est, locum, qualem volo, invenero. Heredes Scapulæ, si istos hortos, ut scribis tibi Othonem dixisse, partibus quatuor factis, licet cogitant; nihil est scilicet emptori loci. sin veniant; quid heri possit, videbimus. nam ille 16. locus Publicianus, qui est Trebonii, & Cusinii, erat ad me allatus. sed seis aream esse. nullo pacto probo. Clodia sane placens; sed non puto esse venales. De Drusi hortis, quamvis ab his abhorreat, ut scribis, tamen eò confugiam, nisi quid inveneris. ædificatio me non movet. nihil enim aliud ædificabo, nisi id, quod etiam, si illos non habuerò, 17. *κῦρῶ δ', ε'*, mihi sic placuit, ut cetera Antisthenis, hominis acuti magis, quam eruditi.

CICERO ATTICO, S.

TABELLARIUS ad me cum sine litteris tuis venisset, 29 existimavi tibi eam causam non scribendi fuisse, quod pridie scripsisses ea ipsa, ad quæ rescripti hac epistola. expectaram tamen aliquid de litteris Asinii Pollionis. 18. sed nimium ex meo otio tuum *ἴψα*. quamquam tibi remitto, nisi quid necesse eris, nec esse ne habeas scribere, nisi eris valde otiosus. De tabellariis facerem quod suades, si essent ullæ necessariæ litteræ, ut erant olim, cum brevioribus diebus, tamen quotidie respondebant tempore tabellarii; & erat aliquid, Silius, Drusus alia quædam. nunc, nisi

1. *Totum in om.* Vulg. *facit enim*.
2. *Non habeo.* Vulg. *nam habeo*.
3. *Quam tibi dixit.* Legendum, *dixit*, ut est in Decurt. vulg. quam tibi dixit.
4. *In ad villam fueris eras.* Verba hæc in sequentem epistolam rejicit vulgata editio; sed hæc non esse sequentis epistolæ, & argumentum & mihi, dicitur ait Iunius.
5. *At heri duas epistolas accepi.* Verbum hoc, accepi, subditivum putat Lamb. & lumendum infernè *δὲ τῶν κῦρῶν*, sed hanc suspicionem refellit Tornæi. in quo legitur, *accepique ab Ægypta liberto eodem die*; & sic edidit Bosius. Ceterum pro *accepi* vulg. legitur *recepit*.
6. *Ne litteræ.* Ita legi vult Lamb. ex codice Tornæi, vulg. *tuæ litteræ*.
7. *Rationem tuam de Tusculano, quamvis prudens.* Aliter distinguit vulg. *rationem tuam. De Tusculano, quamvis prudens*.
8. *Ut stomachere.* Ita reposuit Bosius ex præfatis suis. Iunius ex mss. duobus Pal. ut *stomachere*, vulg. ut *mihi stomachere*.
9. *Gratia opus est nobis tua, tuaque auctoritate.* Sic veteres Bosii mss. Iunius ex duobus Pal. *gratia opus est nobis tua, tuaque auctoritate*.

10. *Mittim ad me se ipse.* Hoc quoque initium, epistolæ in mss. Pal. 3.
11. *Quasi dubia misisti.* Vulg. *quasi dubia remissisti*.
12. *Multum levatis, si locum.* Vocabulum hoc, *levatis*, ex mss. Palat. rejicit Iunius.
13. *Suspicio te esse.* Te deest in vulg.
14. *Equidem impurius.* Vulg. *quid impurius*.
15. *Opus tibi pervideri.* Rectius libri veteres, *pervideri*, quam vulgata.
16. *Locus Publicianus.* Frecus auctoritate Decurtai. & Tornæiani, scripsit Bosius, *Publicianus*; vulg. *publicanus*.
17. *Κῦρῶ δ', ε' mihi sic placuit.* Tornæi. KYPOCAC: Decurt. KYPOCAC, unde conjectit Bosius legendum, *κῦρῶ δ', ε'*, Viç: legabat; *κῦρῶ δ', ε' mihi sic placuit*; quam lectionem sequuta est vulgata editio. Vrsinus autem melius putat *κῦρῶ δ', ε'*, quæ est antiqua libri scriptura. Bosii lectionem mss. Palat. probant, referente Junio.
18. *Sed nimium.* Quidam legunt, *sed nimium*, quod minus probat Bosius, neque est in suis mss.

nisi Ocho extitisset, i quod scriberemus non erat. id ipsum dilatum est: tamen aliter, cum loquor tecum absens, & multo etiam magis, cum tua litteras lego. sed quoniam & abes (sic enim arbitror) & scribendi necessitas nulla est, conquiscent litteras, nisi quid novi extiterit.

CICERO ATTICO, S.

40 QVALIS futura sit Caesaris vituperatio contra laudationem meam, perspexi ex eo libro, quem Hirtilius ad me misit; in quo colligitur vitia Catonis, sed cum maximis laudibus meis, itaque mihi librum ad Muscam, ut tuis libris daret. volo enim eum divulgari: quod quod facilius fiat, imperat tuis. Συμβολοποιος saepe conor: nihil reperio: & quidem mecum habeo 2 & Α' εισηγητης & Ο' επηγοσ της Α' λεξανδρος: sed quid simile? nisi, & quae ipsi honesta essent, scribebant, & grata Alexandro, ecquid tu ejusmodi reperis? mihi quidem in mentem venit. Quod scribis te veteri, ne & gratia & auctoritas nostra hoc meo moerore minuatur: ego, quid homines aut reprehendant, aut postulent nescio; ne dolum? 3 qui potest? ne jaceant? quis umquam minus? dum tua me domus levabat, quis a me exclusus? quis venit, 4 qui offendere? Asturam sum a te profectus. legere isti latii, qui me reprehendunt, tam multa non possunt, quam ego scripsi. quam bene, nihil ad rem. sed genus scribendi id fuit, quod nemo abjicit animo facere posset. triginta dies in horris fui. quis aut congressum meum, aut facilitatem sermonis desideravit? nunc ipsum, ea lego, ea scribo, ut ii, qui mecum sunt, difficilissimum otium ferant, quam ego laborem. si quis requirit, cur Romae non sim: quia discessus est. cur non sim in his meis praediolis, quae sunt hujus temporis: quia frequentiam illam non facile ferrem, ibi sum igitur, ubi is, qui optimas Bajas habebat, quotannis hoc tempus consumere solebat. cum Romam venero, nec vultu, nec oratione reprehendam. hilaritatem illam, qua hanc tristitiam temporum condiebamus, in perpetuum amisi. constantia, & firmitas nec animi, nec orationis requiritur. De hortis Scapulanis hoc videtur effici posse, aliud tua gratia, aliud nostra, ut praconi subiciantur. id nisi sit, excludemur, sin ad tabulam venimus, vincemus facultates Orthonis nostra cupiditate. Nam quod ad me de Lentulo scribis, non est in eo. Faberiana modò res certa sit, tuque enitare, quod facis; quod volumus consequemur. 5 Quod quaeris, quam diu hic; paucos dies. sed certum non habeo. simul ac constituto, ad te scribam: & tu ad me, quam diu in suburbano tuero, ad te scribam: & tu ad me, quam diu in suburbano sis futurus. quo die ego ad te haec misi, de Pilia, & Attica mihi quoque eadem, quae scribis, & scribuntur, & nuntiantur.

CICERO ATTICO, S.

41 NISI erat, quod scriberem. scire tamen volebam, ubi esses; si abes, aut abfuturus es: quando rediturus esses: 6 facies igitur me certiorum. Et, quod tu scire vo-

lebas, ego quando ex hoc loco; postredie Idus Lanuvii constitui manere; inde postredie in Tusculano, aut Romae, utrum sim facturus, eo ipso die scies. Scis quoniam sit Φιλικοί συμφωνοί, minime in te quidem: sed tamen a vide sum affectus de sano: 7 quod nisi, non dico, effectum erit, sed fieri video; audebo hoc dicere (de tu, ut soles, accipies) inusabit in te dolor meus, non jure ille quidem; sed tamen feret hoc ipsum, quod scribo, ut omnia mea ferat, ac tulisti. omnes tuas consolationes unam hanc in rem velim conferas, si quaeris, quid optem: primum Scapulae, deinde Clodii; postea, si Silius nolet; Drusus aget injuste; Cusinii & Trebonii. puto 8 Terentium esse dominum, 9 Rebilum fuisse certe scio. sin autem tibi Tusculanum placet, ut significasti quibusdam litteris, tibi assentiar. hoc quidem utique perficies, si me levati vis; quem jam etiam gravius accusas, quam patitur tua consuetudo: sed facis summo amore, & victus fortasse vitio meo; sed tamen, si me levati vis, haec est summa levatio: vel (si verum scire vis) una. Mirri epistolam si legeris, quae mihi quasi περιουσιας videtur ejus vituperationis, quam Caesar scripsit de Catone; facies me, quid tibi visum sit, si tibi erit commodum, certiorum. Redeo ad sanum, nisi hac xitate absolutum erit, quam vides integram restare, scelere me liberatum non putabo.

CICERO ATTICO, S.

NULLUM a te desideravi diem litterarum: videbam enim quae scribis; & tamen suspicabar, vel potius intelligebam, nihil fuisse, quod scriberes. A. D. VI. ID. vero & abesse te putabam, & plane videbam nihil te habere, ego tamen ad te ferè quotidie mittam. malo enim frustra, quam te non habere, cui des; si quid forte sit, quod putes me scire oportere, itaque accepi VI. ID. litteras tuas inanes. quid enim habebas, quod scriberes? 10 mihi tamen illud, quidquid erat, non molestum fuit, 11 NISI ALIUD; scire me, novi te nihil habere. 12 scripsisti tamen nescio quid de Clodia. ubi ergo ea est: aut quando ventura? placet mihi res sic, ut secundum Orthonem nihil magis. sed neque hanc vendituram puto, delectatur enim, & copiosa est: & illud alteram quam sit difficile, te non fugit. sed obsecro enitatur, ut aliquid ad id, quod cupio, excogitemus. 13 Ego me hinc postredie exiturum puto, sed aut in Tusculanum, aut domum; inde fortasse Arpinum, cum certum sciero, scribam ad te. Venerat mihi in mentem monere te, ut id ipsum, quod facis, faceres. putabam enim commodius te idem istud domi agere posse, interpellatione sublata.

CICERO ATTICO, S.

14 EGO postredie Idus, ut scripsi ad te ante, Lanuvii manere constitui; inde aut Romae, aut in Tusculano. 15 Quod si les rectè mi illam rem fore levamento; bene facis; cum id esset, mihi crede, perinde, ut existimare tu non posses, res indicat, quanto opere id cupiam,

1. Quod scriberemus. Vulg. quid scriberemus.

2. Et Α' εισηγητης, & Ο' επηγοσ της Α' λεξανδρος.)

3. Illud, επηγοσ, ex mss. exemplaribus restituit Voss. cum in nullis extaret editionibus. Germani aliquid vocabulum desiderari videntes, επηγοσ, substituerunt, sed male.

4. Qui potest. Cum apud Orthonem legitur potest, tam in Tornæsi quam in Decretato.

5. Qui offendere. Nescit vulgata lectio nem (offendere); mutare Bosius quomquam erat in Tornæsi, qui offendere, & paulò post in hunc, pro in hunc.

6. Quae gratia quamvis hic. Hic principium brevis unius epistolae: in mss. Palaet.

7. Facies igitur me. Vulgati libri facias. Bosius sequens mss. tuos scripsit, facies; & mox, postredie Idus, pro postredie Iduum, quod tamen non improbat.

8. Quae nisi, non dico, effectum erit, sed fieri video. Trajectis verbis lo-

gendum perat Lepidus, quod nisi, non dico, fieri video, sed nisi effectum erit, lib. IV. Antiqu. lect. cap. 19.

9. Terentium esse dominum. Codex Tornæsianus, Terentium esse dominum, mendose ut opinatur Lambinus.

10. Rebilum fuisse certè scio. Vulg. Rebilum fuisse certè scio.

11. Nisi aliquid. Vulg. nisi.

12. Nihil aliud. scire me, novi te nihil habere. Aliter distinguit vulgus, Nihil aliud scire me, novi te nihil habere.

13. Scripsisti tamen. Vulg. scripsisti tamen.

14. Ego postredie Idus. Hoc quoque initium brevis epistolae, in mss. Palaet.

15. Ego postredie Idus. Superiori epistolae tota haec per hunc usque ad illa verba, quod scies; annexa est.

16. Quae si les rectè mi illam rem. Ita Bos. ex Decretato, vulg. quid scies rectè illam rem fore levamento. Lamb. olim securus erat conjecturam Manutii, quod scribis, rectè et, mihi illam rem fore levamento, mutata sententia, pro rectè et, legendum censuit rectè.

cupiam, cum tibi audeam confiteri; quem id non ita valde probare arbitrer. sed ferendus tibi in hoc meus error: ferendus? immo verò etiam adjuvandum. De Othone, diffido fortasse, quia cupio, sed tamen major etiam res est quam facultates nostræ, præsertim adversario & cupido, & locuplete, & herede proximum est, ut velim Clodius. 1 sed si ista minus confici possunt, effice quidvis. ego me maiore religione, quam quisquam fuit ullius voti, obstrictum puto: videbis etiam Trebonianos: etsi absunt domini, sed, ut ad te hec scripsi, considerabis etiam de Tusculano; ne æstas effluat: quod certè non est committendum.

CICERO ATTICO, S.

44 **ET** Hirtium aliquid ad te *εὐπορίας* de me scripsisse, facillè patior; (fecit enim humane) & te eius epistolam ad me non misisse, multo facilius. tu enim etiam humanus. Illius librum, quem ad me misi de Catone, propterea volo divulgari à tuis, ut ex istorum vituperatione sit illius major laudatio. Quod per Mustellam agis, habes hōminem valde idoneum, meique sanè studiosum jam inde à Pontiano. perface igitur aliquid: quid autem aliud, nisi ut aditus sit emptori? quod per quemvis heredem potest effici. sed Mustellam id perfecturum, si rogaris, puto. Mihi verò & locum, quem opto, ad id, quod volumus, dederis, & præterea *ἰσχυροῦς*. Nam illa Sillii, & Drusi non satis *δυναστεύοντες* mihi videntur. a quid enim sedere totos dies in villa ista? igitur malim primum Othonis, deinde Clodii. si nihil fiet, aut Druso ludus est suggerendus aut utendum Tusculano. Quod domi te inclusisti, ratione fecisti, sed quæso confice, & te vacuum redde nobis. Ego hinc, ut scripsi antea, posttidie id Lanuvium, deinde posttidie in Tusculano: *consudi* enim animum, & fortasse vici, si modò permansero. scies igitur fortasse cras, flammum perendie. Sed quid est quæso? 3 Philotimus nec arctim Pompejum teneri; (qua de re litterarum ad Clodium Patavinum missarum exemplum mihi Oppius, & Balbus miserant, se id factum arbitrari jbellumq; narrat reliquum satis magnum. solet omnino esse Fulvianaster, sed tamen, si quid habes, volo etiam de naufragio Caniniano scire, quid sit.

CICERO ATTICO, S.

45 **E**GO hic duo magna *συντάξιμα* absolvi. nullo enim alio modo à miseria quasi aberrare possum. tu mihi, etiam si nihil erit, quod scribas, quod fore ita video; tamen id ipsum scribas velim, te nihil habuisse, quod scriberes, dum modò ne his verbis. De Attica, optimè. *Ἀκρόα* tua me movet: etsi scribis nihil esse. In Tusculano eo com-

modius ero, quod & crebrius tuas litteras accipiam, & te ipsum non numquam videbo. nam ceteroqui *ἰσχυροῦς* erant Asturz: nec hæc, quæ refertant, hic me magis angunt. etsi tamen, *ἰσχυροῦς* sum, illa sunt mecum. De Cesare vicino scriperam ad te, quia cognoram ex tuis litteris. 4 eum *εὐπορίας* Quirino malo, quam Saluti. Tu verò pervolga Hirtium, id enim ipsum putaram, quod scribis; ut cum ingenium amici nostri probaretur, *ἰσχυροῦς* vituperandi Catonis irrideretur.

CICERO ATTICO, S.

VINEAM, opinor, animum, 5 & Lanuvio pergami in 46 Tusculanum. aut enim mihi in perpetuum fundo illo carendum est; (nam dolor idem manebit, 6 tantum mediocrius) aut nescio quid intersit, utrum illuc nunc veniam, an ad decem annos. neque enim ista major admonitio, quam quibus assidue conficior, & dies & noctes. quid ergo? inquit: nihil *litteræ*? in hac quidem re verteror ne etiam contra, nam essem fortasse durior. 7 *ἰσχυροῦς* enim animo nihil acreste, nihil inhumanum est.

CICERO ATTICO, S.

8 **T**U igitur, ut scripsisti; nec id incommodo tuo. vel 47 binæ enim poterunt litteræ. occurrat etiam, si necesse erit, ergo id quidem, ut poteris. De Mustella, ut scribis; etsi magnum opus est. eo magis delabor ad Clodium, quam in utroque Faberianum nomen explorandum est: de quo, nihil nocuerit, si aliquid cum Balbo eris locutus; & quidem, ut res est, emere nos velle, nec posse sine isto nomine 9 nec audere te incerta. sed quando Clodia Romæ futura est, & quia tanti rem æstimas, 10 eo profusus spectro; non quin illud malim; sed & magna res est, & difficile certamen cum *cupido*, cum *locuplete*, cum *herode*: etsi de cupiditate nemini concedam: ceteris rebus inferiores sumus. sed hæc coram. Hirtii librum, ut facis, divulga. De Philotimo, idem & ego arbitrabar. Domum tuam pluri video futurum *vicino Casare*. Tabellarium meum hodie exspectamus. nos de Pilla, & Attica certiores faciet.

CICERO ATTICO, S.

DOMI te libenter esse facillè credo. sed velim scire, quid 48 tibi restet, aut jam ne conseceris. ego te in Tusculano exspecto, eoque magis, quod Tironi statim te venturum scripsisti, & addidisti, te putare opus esse, sentiebam omnino, quantum mihi præiens prodesset; sed multo magis *πιστὸς* discessum tuum sentio. qua mobrem, ut ante ad te scripsi, aut ego ad te totus, aut tu ad me, 11 quod licebit.

CICE.

1. *St. si sicut mian.* Vulg. deest particula, *sed*.2. *Quid enim sedere.* Ita interpretandum, auctore Bosio.3. *Philotimus nec arctim Pompejum teneri.* Vulg. libri, *nec Carini*; sed *Carinum* tibi sit, non facilius opinatur Bosius, quis inveniat quam Aristophanis *εὐπορίας*. Legit igitur ex Decurtato *nec arctim*. Lamb. sequutus Manut. conjecturam, *Philotimus nec Carina Pompejum teneri*, legit; sed ex codice Torn. in quo est, *nec Carini*, conjiciebat Turnebus, *Philotimus negat Ca. Pompejum*, *ere*. si quid verò sit præterea mutandum, Lambinus scribi vellet, *Philotimus negat Carina Ca. Pompejum teneri*.4. *Eum σὺνταξιμα Quirino malo.* Ita restituit Victorius ex antiquiori suo, in quo legebatur, *εὐπορίας*. prius autem inane spatium erat in excusis, quod Germani explere conati magis contempserunt. Ceterum pro *Quirino* legit vulgus *Quirini*.5. *Et Lanuvio pergami.* Particula, *et*, deest in vulg.6. *Tantum medicinus.* Etiam codex Tornz. ut & si quibus Petrus Victorius usus est, habent *tantum medicus* *est*; unde Conradus legendum existimat, *tantum modo facius*. Lamb. hujus emendationis *tantum medicinus*, quisquis auctor sit, rectum putat. Junius legit, *tantum modo audire*.7. *Esse enim animo.* Mss. suorum. priscam lectionem, *esse*, ita emendavit Bosius. Victor. legit *excelsis*. Junius mss. omnibus consentientibus legit, *esse enim animo*, *ere*.8. *Tu igitur ut scribis.* Hanc periodum usque ad illa verba, *De Mustella ut scribis*, superiorum epistolæ aptari necesse esse ex mss. Palat. ait Junius.9. *Nec audere te incerta.* Vulg. *nec audere incerti*.10. *Es profusus spectro.* Vulg. *es profusus respecto*.11. *Quod licebit.* In quibusdam antiquis est, *quæ*, ut Manut. edidit, in aliis *quod licebit*; idque sincerius putat Bosius, pro *quæ*.

CICERO ATTICO, S.

49 **H**ERAT non multo post, quam tu à me discessisti, puto, literas attulerunt: 1 à C. Mario C. F. C. N. multis verbis agere mecum per cognationem, quæ mihi secum esset, per eum Marium, quem scripseram, per eloquentiam L. Crassi, avifui, ut se defenderem; causamque suam mihi perscripsit. re scripsi patrono illi nihil opus esse, quoniam Cæsaris, propinqui ejus, omnis potestas esset, viri optimi, & hominis liberalissimi: me tamen ei faturam. O tempora! fore, cum dubitet Curtius Consulatum petere? Sed hæc hæctenus. De Tirone, mihi curæ est, sed jam sciam, quid agat. heri enim misi, qui videret: cui etiam ad te literas dedi. Epistolam ad Cæsarem tibi misi, horti quam in diem prescripti sunt, velim ad me scribas.

CICERO ATTICO, S.

50 **V**T me levarat tuus adventus, sic discessus afflixit. quare cum poteris, id est, cum 2 Sextii auctioni operam dederis, revives nos. vel unus dies mihi erit utilis? quid dicam, gratus? ipse Romam venirem, ut unâ essemus, si satis consilium quadam de te haberem.

CICERO ATTICO, S.

51 **T**IRONEM habeo citius, quam verebar. venit etiam Nicias: & Valerium hodie audiebam esse venturum, quamvis multi sint, magis tamen ero solus, quam si unus esses. sed exspecto te, à Peduceo utique, tu autem significas aliquid etiam ante. verum id quidem, ut poteris. De Virgilio, ut scribis, hoc tamen velim scire, quando aucto. Epistolam ad Cæsarem mitti, video tibi placere. quid quaeris? 3 mihi quoque hoc idem maximè placuit, & eo magis, quòd nihil est in ea, nisi optimi civis; sed ita optimi, ut tempora, quibus parere omnes πολινηγι præcipiunt. 4 sed scis ita nobis esse visum, ut isti ante te

gerent. tu igitur ut curabis, sed, nisi planè iis intelliges placere, mittenda non est. id autem verum illi sentiant, anne simulent, 5 tu intelliges, mihi simulatio pro repudiatione fuerit. 6 τῆτο ἢ μὴ ὄση? De Cærellia quid tibi placeret, Tiro mihi narravit: debere, non esse dignitatis meæ: prescriptionem tibi placere: hoc metuere, alterum in metu non ponere. sed & hæc, & multa alia coram, sustinenda tamen, si tibi videbitur, solutio est nominis Cærelliani, dum & de Metone, & de Faberio sciamus.

CICERO ATTICO, S.

LTullium Montanum nosti, qui cum Cicero professeus est. ab ejus sororis viro litteras accepi, Montanum Planco debere, quòd præ pro Flaminio sit, u. s. xxv. de ea re nescio quid te à Montano rogatum, sanè velim, si Plancus est rogandus. si qua re potes illum juvare, juves. pertinet ad nostrum officium. si res tibi fortè notior est, quam mihi; aut si Plancum rogandum putas; scribas ad me velim; ut, quid rei sit, & quid rogandum, sciam. De epistola ad Cæsarem quid egeris, exspecto. De Silitio, non ita sanè laboro. tu mi aut Scapulanos, aut Glodianos efficias, necesse est. sed nescio quid videris dubitare de Clodia; utrum, 7 quando veneant, an sintne venales? Sed quid est, quod audio, Spintherem fecisse divortium? De lingua Latina securi es animi, dices, qui talia conscribis; δὲ πῶς ἔχει sunt: minore labore fiunt: verba tantum affero, quibus abundo.

CICERO ATTICO, S.

EGO, etsi nihil habeo, quod ad te scribam, scribo tamen, quia tecum loqui videor. Hic nobiscum sunt Nicias, & Valerius, hodie tuas litteras exspectabamus matutinas. erunt fortasse alteræ postmeridianæ, nisi te Epeiroticæ litteræ impediunt: quas ego non interpello. Misi ad te epistolas ad Marcianum, & ad Montanum, eas in eundem fasciculum velim addas, nisi fortè jam dedisti.

M. TVL.

1. A. C. Mario C. F. C. N. multis verbis, &c.] Vulg. à C. Mario C. F. cum multis verbis.
 2. Sextii auctioni.] Vulg. Sextii.
 3. Mihi quoque hoc idem.] Apud quosdam receptam lectionem, hodie, pro, hoc idem, non improbat quidem Bosius, eam tamen sequutus est, quam referebat Decurtatus, quo auctore edidit, hoc idem; pronomen hoc deest in vulg.
 4. Sed seu ita nobis esse visum.] Sic Bosius ex fide Decurtati; vulgo, sed sic nobis visum.
 5. Tu intelliges, mihi simulatio.] Vulg. tu intelliges, sed mihi simulatio.
 6. Τῆτο ἢ μὴ ὄση?] Hoc verò quantulamvis? Veteres

Bos. mss. ΤΟΥΤΟ ΔΕ ΜΥΛΟΧ, quòd ita correxit & distinxit, τῆτο ἢ μὴ ὄση? vulg. τῆτο ἢ μὴ ὄση; quod ex veteris scripturæ vestigiis conjecerat Victorius; pro, τῆτο ἢ μὴ ὄση, quod antea legebatur: vulgatam lectionem sequitur Junius. ac Davus, quòd legit; τῆτο δὲ μὴ ὄση, hoc mihi curæ futurum est. aut τῆτο δὲ μὴ ὄση, etiam inijciunt, seu, rebus meis moram atque